7 quia præſumitur eos ſubornaſſe. † In tex. ibi. [ex diuina etiam iuſsione.] id eſt ex reſcripto principis. quo mandat quod admittatur ad producendum teſtes. nam debet intelligi ſecundùm diſpoſitionem huius authẽ. ſi non didicerit teſtificata. Sed ſi diceret non obſtante quod didicerit teſtificata, bene admitteretur: cum iſtud introducatur de iure poſitiuo iſtius authen. nec erat de iure veteri. Nam ſicut Imperator inducit de nouo: ita poteſt tollere per ſuum reſcriptum. iuxta no. in ſimili per gl. in authen. quibus modis natura. efficiun. ſui. §. fi. & j. de teſta. auth. hoc inter

8 liberos. † In tex. ibi. [ſi verò hoc non egerit,] id eſt non apparet quod didicerit teſtificata. ſi apparet quod non didicit, non expediret ſubire iuramentum, de quo hic, quia non ſequitur timor ſubornationis, ſed quando non conſtat pro vel contra, trina

9 productio facit præſumi contra eum niſi iuret. vt hic. † In glo. quæ incipit. [niſi ad reprobationem teſtium.] Albericus dicit ſe vidiſſe multum dubitari de iſto articulo: ſed finaliter doct. tenent id quod dixit gloſſ. quia reprobatio eſt diuerſus articulus. Bartol. dicit quòd aut quis vult reprobare perſonas teſtium, vt quia dicat eos inhabiles ad teſtificandum: & tunc ſuos teſtes nõ poteſt reprobare, quos ſemel approbauit, ſed teſtes aduerſarij ſic: licet didicerit teſtificata per eos: quia eſt articulus nouus, ſuper quo teſtes non fuerunt producti. ergo &c. vt in c. cum cau-

a ¶ Et præſumitᷣ. Adde de hoc & dic vt per Doc. & maximè ibi per Fely. in c. conſtitutus. el j. & in c. vltra tertiã. col. j. in fin. extra de teſt. Et per eundẽ Pau. de Caſtr. in conſi. xc. ... clarum eſt in iure ꝙ res in ij. co. in nouis. Aliquid per Alc. in cõſi. ſuo cij. col. iij. ver. ꝓbatur. in j. vol. & per eundem. in l. qui Romæ. §. duo fratres. Car. xij. ff. de verbo. oblig. Et adde quod licet quis viderit exemplum dictorum per teſtes, ſi tamẽ nõ vidit originale: tunc non dicitur didiciſſe teſtificata ſecundùm Bald. & Ange. in l. fi. ff. quemadmod. teſta. aper. quod limitat ſingulariter Imo. in d. l. fi. niſi tale exẽplum fuiſſet ſcriptũ manu eiuſdem qui ſcripſit originale: qa tunc eſt veriſimile quod contineat idem quod originale. & tale exemplum probat iuxta ea quæ ponit Bartol. in authen. ſi quis in aliquo. §. de eden. col. fina. ver. puto etiam & ibi Bald. in ver. dixit hic Bart. & ibi Bald. & Ange. in l. ſi quis ex argentarijs. §. prætor. ff. de eden. Franciſ. Cur. & vltra prædicta vide quæ in propoſito cumulatiuè ponit Fely. in proœ. decre. in gl. j. rubricæ. Stra.

a ¶Prima inſtãtia. An deſerta inſtantia cauſæ appellationis prima ſententia remaneat valida. vide in l.ſi contra maiorem. C.de app.gl.& Bar. in l.eos.eo.tit.

b ¶An ſit nouus articulus. Adde Doct.in l.ij.in.§. quod obſeruari.C.de iureiu.propter calum.dando & Spe.titu.de teſt. in.§. nunc videndum.

c ¶Poſt didicita teſtificata. Adde Hoſtië. i.c. fraternitatis. de teſti.

d ¶Vna dilatio. An Iudex poteſt augere vel minuere dilationes legatis.& quę ſit iuſta cauſa eas augendi. vel minuẽdi. vide glo. in.c.romana.de app. li.vj. Inn. in.c.vltra tertiam.de teſti.glo.& doc.in.c. præterea.de dila. Docto. in regula indultum de regu.iur. lib. vj.Bar. in.l.ij.ff.de re iudi. Bal.in.l.j. C.de dilat. & in. l. j. ff. de iure deli.

ſam.extrà de teſti.aut vult reprobare perſonas & dicta ſimul, vt quia ille qui teſtificatus eſt de tempore.xxx.anno,nõ eſt adhuc. xxx.an.& ſic nõ potuit dicere verum:quia de tanto tempore non potuit recordari.aut vult admitti ad reprobandum dictum tantum; & tunc ſi dicat illos fuiſſe corruptos per pecuniam,adhuc poteſt.quia ſicut non valet ſententia lata per corruptelam:vt in.l. venales.j. quãdo prouocare nõ eſt neceſſe: ita nec teſtificatio. Si verò non dicat eos fuiſſe corruptos:ſed falſum dixiſſe: tunc ſi vult probare falſitatem per indirectum,po teſt.de teſti.c.ex tenore. Si verò directo faciendo articulos directè cõtrarios:tunc ſecus. vt in cle.j.de teſti. iuncto eo quod no.
10 Inno. in.c.in præſentia.de proba. † In glo. ibi. [Item nunquid in cauſa appellationis poſſunt produci.] ſubaudi ſuper eiſdem articulis, vel directè contrarijs. Breuiter opinio gl. cõmuniter approbatur per legiſtas. quia propter veritatem inſtantiæ: licet ſit eadem cauſa,quia tamẽ non eſt diuerſa inſtantia,ſic vt propter hoc renũtiatio & con
a cluſio factæ in prima inſtantia[a] non habẽt eum impedire, quominus in cauſa appellationis iterũ poſsit teſtes producere:quia appellatio reſcindit pronuntiatum:& reponit partes in eo ſtatu in quo erant tempore lit. conteſt.vt not.in l.ita demum.ſ.de procu.& tunc teſtes nõ erant examinati:& ſic nõ poterat didiciſſe teſtificata : ita nec ſi didicit teſtificata,prohibetur in cauſa appellationis producere teſtes, in qua dicat nõ allegatum allegabo, & non probatum probabo. vt in.l.per hanc.alleg. in gl.ſed Cano.approbant opi. Alberi. quod nõ ſufficit diuerſitas inſtantiæ poſtquã eſt eadem cauſa,cũ vtrobiq; vertatur idẽ timor ſubornationis:finaliter Doc.tenent quod in foro ciuili & in terris imperij nõ ſubditis romanę eccleſiæ debeat ſeruari opi.legiſtarũ.ſed in foro eccleſiaſtico & etiam ciuili in terris ſubditis romanæ eccleſiæ ſeruandum ſit ius canonicum vt in ſimili not.in c.ſi. de arbi.lib.vj.& in.l.priuilegia. ſ.de ſacroſan.eccl.& in c.j.de ope.no.nun.quãdo eſt diuerſitas inter ius ci
11 uile & canonicum.†Qualiter autẽ cognoſcatur an ſit nouus ar
b ticulus[b],vt ſic poſsint produci an nõ:& quod non poſsint.declarat Spe.in d.§.ſatis vtiliter.in tit.de teſti.in ver.illud autẽ,& Bal. in d.l.per hanc.Quando autẽ eſt inſtãtia diuerſa,& cauſa diuerſa:quia nõ agitur ad idem ad quod primò fuerat actum:ſed variatur modus agendi ſed ad alium finẽ agitur:licet vnum & idẽ iudicium fuerit deductum in articulis,nõ prohibetur poſt didicita teſtificata in perſona etiam ſuper eiſdem articulis deducere teſtes in ſecũdo.vt in.c.veritas.extrà de teſtibus. vt ſi in perſona deduxi intereſſe meum ad finẽ vt admittar ad agendum. poſtea ago , & eoſdẽ articulos deduco ad finem conſequẽdi ſentẽtiam, poſſum inducere teſtes nouos ſuper probatione intereſſe : quia fortè primi non probant ad plenum : & ſufficiebãt in perſona in quo nõ agebatur de magno præiudicio : ſed non ſufficiũt in ſecundo.vel pone quod ille qui aſſerit ſe minorem dicit ſe læſum, & ſententia fuit lata cõtra eum, à qua non appellauit, vel à qua nõ potuit appellare.& petit reſti.in integ.ad appellandum. nam debet docere ſummariè quod bonã fouebat cauſam. & quod ſi appellaſſet potuiſſet obtinere : quo probato ſummariè reſtituitur ad appellandum. & ſi induxit teſtes ad ſummariã probationem : poteſt ſuper eiſdem articulis alios inducere : vt obtineat in cauſa appellationis : quia variatur modus. Primo eñ induxit vt obtineret reſtitutionem ad appellandum , nunc inducit vt obtineat in cauſa appellationis. In ea gl.ibi.[poſsint inſtrumẽta produci:] dic idẽ econuerſo ſi primò probauit per inſtrumenta,non prohibetur producere teſtes eadem ratione:quia non timetur de
12 ſubornatione.†Nunc extra gl.opp.contra illam auth. de.l.Codicis.vbi reus poſt fundatam intentionem actoris(vt ibi ſentit gl.) admittitur ad probandum exceptionem dilatoriam ſolutionis. & ſic habebat notitiam de teſtificatis pro actore quod ſuã intentionem probauerat.Dicũt quidã quod illa lex corrigitur per hãc auth.& ideo fuit hic poſita. hoc tenet gl.in.l.officiũ. ff.de rei v. & etiam. in l.Codicis circa fi.gl.ibi. ita tamen &c. Contrarium tenent docto.quia articulus eſt diuerſus.aliud eſt enim quod promiſeris mihi centum. aliud eſt quod fecerim tibi terminũ vnius anni ad ſoluendũ.& ita dicit Iac.de are.quod omnes approbant. Qualiter venit ergo iſta auth. ad.l.Codi. Reſpõdeo nõ corrigẽdo ſed declarãdo.vnum dubiũ ꝙ poſſet occurrere circa.l.Codi.
c an ſicut poſt didicita teſtificata[c] pro actore reus admittitur ad probandum per teſtes ſuper excep.& ſic ſuper diuerſo articulo, eodẽ modo quis admitteretur ſuper eiſdẽ articulis ſuper quibus iam ꝑduxerat:& fuerũt teſtificati. & dicit ꝙ nõ hodie:licet olim
13 ſecus.†& hoc ſi teſtes primi fuerint ritè recepti:& ſic valuit examinatio:alias nõ præſtat impedimentum quod de iure non ſortitur effectũ. vt in regula iuris. & eſt caſus in cle. vnica. extrà de teſtibus.in ver.rite receptis. & ibi per gl.facit. l.qui per ſalutem. cum ibi no.ff.de iureiurã.Idem ſi liber atteſtationum eſſet perditus. Nam nec didiciſſe teſtificata , nec renuntiaſſe teſtibus:nec proceſſum fuiſſe publicatum,habet nocere : quominus de nouo poſsint probationes fieri ſuper eiſdem articulis,vel directè contrarijs : quia paria ſunt non fuiſſe teſtificatus,vel fuiſſe & nõ apparere.ſecundũ doct.vt in.l.vtilia.ff.de contrahen.emp. ſimiliter ſuper eo ſuper quo teſtes primi non fuerunt interrogati : nec aliquid dixerint , nõ prohibetur teſtes produci. cum ceſſet ratio timoris , & idem ſi non fuerunt interrogati ſecũdum interrogatoria data per partem:vt in.c.per tuas.extrà de teſtibus.Idem videtur ſi fuerunt recepti corã arbitris:& tũc quis coram iudice vult ſuper eiſdem alios inducere per.l. fi.j.eo.tit. alios caſus vide in ſ.
14 ſatis vtiliter.per vnã vel per duas columnas.†In ſeq.gl.quæ incipit:[renuntiauerit vel non.]vult ergo iſta glo.quod ad quartam productionem teſtium cum ſolennitate de qua hic , admittatur quis:etiã ſi fecerat tres productiones,& renuntiauerat probationibus vlterius fiendis : quia talis renuntiatio non valet tanquam contra publicã vtilitatem.& idem tenet gl.j.in auth. iubemus. de iudi.Tu dic verum eſſe quando renuntiat extra iudicium: ſecus ſi in iudicio.vt eſt caſus in.c.de teſtibus.extrà de teſti.& hoc in ciuili cauſa.ſed in criminali ſecus.vt non valeat etiam in iudicio.ar.de pac.ff.l.Iuriſgen.§.ſi paciſcar.quia vertitur publica vtilitas:cui non poteſt renuntiari.talis tamen renuntiatio teſtium facta in iudicio in cauſa ciuili non extenditur ad teſtes quos tunc temporis ſe habere ignorabat. vt.ſ. dixi ſecundum Bartol. nam inſtrumentis quæ quis habet poteſt renuntiare. vt.l.iij.j.de fide inſtrum.In glo.fi.quæritur de duobus circa ſecundam partem authen. quæ permittit trinam productionem ſine ſolennitate: &
15 quartam non ſine ſolennitate. † Quærto. quomodo intelligatur vna productio,vel duæ,aut tres.in gl.ſunt duę opi.Prima quod vna productio dicatur vna nominatio teſtium. ſimul facta. & poſt illam fiat altera etiam eadem die , vel alia die ex interuallo, tamen dicatur ſecunda:& ſic de ſingulis.etiam ſi infra vnam & eandem dilationem,puta habui terminum.x.dierum ad probandum:vado coram iudice,& nomino tres teſtes : iſta eſt vna productio.eadem die vel ſequẽti iterum vado & nomino alios tres: iſta erit ſecũda.& ſic de ſingulis poſtquam factæ ſunt tres, etiam durante eadem dilatione non admittar ad quartam,ſed ſi non dum feci tres , etiam in ſecunda dilatione poſſum facere: ſi fuit mihi data ſecunda dilatio ex cauſa impedimenti. & iſtam opi.
16 tenet glo. † Alia opi.eſt. vt intelligatur vna productio,i.vna dilatio:& tunc corrigeretur.l.fi.ff.de ferijs.vbi habetur quod in ci
d uili non datur niſi vna dilatio[d] ad probandum ſine cauſæ cognitione. & ſic eſt peremptoria, & etiam.l.j.ſ. de dila.in fi.iſta vero authen.concederet tres ſine cauſæ cognitione,& ſine ſolennitate. Item quartam cum ſolẽnitate,& ſine cauſæ cognitione quod eſt abſurdum quod illæ.ll.corrigantur,nam non attenditur vnitas vel pluralitas dilationum:ſed productionum:quæ ſunt inter ſe diuerſæ. Bart.ſupplet glo.dicens quod vna productio dicitur vna nominatio teſtiũ ſemel facta cum examinatione. ſi etiam primò nominaui tres , & antequam ſint examinati eadẽ die vel ſequenti nomino alios tres, & ſic de ſingulis, non dicerentur plures productiones,ſed vna:non habet locũ quod hic dicitur quod etiam ad quartam & quintam nominationes admitteretur: nam ratio huius auth.cõſiſtit in timore vel pręſumptione.quod didicerit teſtificata,poſtquã fecit tres, ſed ſi nõ fecerat teſtes examinari,iſta ratio ceſſat : & eſt pulchrum dictum.Bald.dicit quod hæc

Nam

17 Nico.de ma.† plus dicit Bart.quod ſi vna eadem vice nomina-
ui x.vel xij.teſtes,& vna die facio examinari tres, alia die alios
tres. alia die ſimiliter alios tres, non admittar ſi poſtea alia die
vellē facere examinari vltimos tres:quia diceretur quarta produ
ctio.niſi iurem:vt hic.& hoc ſi interuallū tantū fuit inter vnā &
alterā ꝙ potui didiciſſe teſtificata,quia ſubeſt eadē præſumptio
ſicut ſi fuiſſent diuerſis diebus nominati.certè iſta malè ſeruanť
hodie:quia cū teſtes non poſsint de facili ſimul examinari, tam
propter impedimentū ipſorum,quàm notariorū, qui ad exami-
nandum deputantur,facilè poſſet quis periclitari ſi vna die facit
examinari vnū,& alia die alterū,& ſic de ſingulis.& ſic impedi-
retur poſt trinā examinationē admitti ad quartā ſine iuramento.
quod nō vidi ſeruari,ſed qñcunꝗ ſubeſt habilitas, examinantur
pluries,etiā & pluries nominātur:quia notarij habent ſub iura-
mento ꝙ non debeāt partibus reuelare.& in cauſa ſatis ardua in
qua ſum aduocatus,vidi ita de facto ſeruari: in qua ſunt exami-
18 nati pro vtraꝗ.lxx.teſtes in diuerſis tēporibus.† Dicit tñ Innoc.
in c.intimauit.extrà de teſti.ꝙ licet ſolennitas de qua hic nō fue-
rit obſeruata,ſed fuerit admiſſa quarta ꝓductio,nō vitianť atte-
ſtationes:quia non reperitur iure cautū.ſecus in primo caſu auť.
ſi poſt didicita teſtificata fuiſſet quis admiſſus de facto ad pro-
ducendū teſtes altera parte contradicēte: quia teſtis dicit ꝙ non
habet vlterius producendi licentiā:& ſic aufertur ſibi per hāc l.
19 poteſtas.nō ſic in ſecūdo:licet dicat ꝙ debeat iurare.† Itē quærit
glo.certū eſt ꝙ poſt didicita teſtificata nō admittiť quis ad pro-
ducendum nouos teſtes,quos prius non produxerat. quid ſi idē
qui primò fuerat productus redit ad iudicē, & vult corrigere di
ctum ſuum? glo.dicit ꝙ non debet admitti ſi fuit locutus cū par-
te.quod præſumitur,qñ ex interuallo.aliàs ſecus.facit.l.repeti.ff.
de quæſtioni. Dic ergo hoc eſſe verum qñ vult corrigere ſe.vt
dixi,ſed ſi vult addere,poteſt.vt no.in addi.Specu.in ti. de teſte.
§.nunc videndū.in fi.& de teſti.cogē.c.præterea.in fi.vbi omni-
no vide.Iudex etiā ex officio,non ad inſtantiā partis alicuius po
teſt mittere pro teſtibus qui depoſuerūt,etiā poſtquàm fuiſſent
locuti partibus,vt declarent dictum ſuum:quia in iudice faciēte
ex officio ceſſat timor ſubornatiōis:vt in c.cum clamor.& quod
ibi per Inn.extrà de teſti.& adde quod not.in corpore vnde hęc
authen.ſumitur.& ff.de teſti.l.produci.

*1 Inſtrumentum debiti inciſum,uel cancellatum,quando probet debiti remiſsionem?*
*2 Debitor ſi probatur inſtrumentum debiti ſubtraxiſſe,licet tenor eius non probetur ad plenum,ſufficit iuramentum creditoris ad eius condemnationem?*
*4 Quid ſi per tertium fuiſſet ſubtractum?*

## LEX XX.

1 SI de poſſeſsione.† Habere inſtrumētum
cancellatum,non ꝓdeſt
ei qui ſubtraxit.Item qui inſtrumētū ſubtraxiſſe pro-
batur,cōtra eū facit plenam fidem.h.d.Bart.& eſt bo-
nus tex.& no.per eū in l.ij.§.j.de iure fiſci. ff. vbi eſt bonus text.
& primò loquiť qñ iſta Eutichia ancilla tua à te aufugit: & ſub-
traxit inſtrumentū emptionis ſuę:quia empta fuerat à quodam,
prouocabat in libertatem,& ad probandū ſe liberā,& à te manu
miſſam,producebat inſtrumentū cancellatū,vel inciſum,credēs
2 ſibi ſufficere.per l.ſi chirographū.ff.e.tit. † Sed iſtud eſſet verū ſi
probaret ꝙ de voluntate tua foret inciſum:nam ſi remittis debi-
tori tuo inſtrumentū debiti,videris debitū remiſiſſe:& idē ſi inci
dis vel cancellas:quia videris facere pactum de nō petendo.Sed
hic negabas fuiſſe inciſum de volūtate tua.vñ cū potuerit incidi
per illā,poſtquā reperitur penes eā, nō ſufficit ſibi ad probatio-
nem ſuæ intentionis:ſed potius illi nocet,& prodeſt tibi: quia li-
cet ſit inciſum,apparet ꝙ eā emiſti:& ſemel fuit ancilla tua: vt l.
3 qui tabulas.cum ibi no.ff.de fur.† In ſecūdo caſu in ver. [Nam
ſi in ſeruitutē.] non producebat inſtrumentū ſubtractū: imò oc
cultabat,& dicebat ſe eſſe in poſſ.libertatis:& tibi incumbere o-
nus probandi,& petendi eā in ſeruitutē:tu non poteras probare
niſi per illud inſtrumentum quod negat ſe habere:certè ſi potes
probare ꝙ tibi ſubtraxit inſtrumentū emptionis ſuæ,licet teſtes
non deponant de tenore ad plenū, ſufficit tibi probaſſe furtum:
& de tenore ſtetur iuramento tuo.ar.in l.ſi qñ.in fi.j.vnde vi.qđ
perpetuò tene menti:quia idem eſſet in quolibet alio inſtrumen
to debiti per debitorē tibi ſubtracto.vt hic probatur:licet tenorē
non probes ad plenum,ſufficit iuramentum tuum ad condēna-
tionem eius. Circa quod vide omnino in
Spe.de inſtru.editi.§.quæ reſtare.ver. illud
4 quoꝗ.† Sed ſi per tertiū fuiſſet ſubtractū,
nō prodeſſet probare ſubtractionē:nec etiā
tenorē eius per teſtes, qui non interfuerūt
negotio:ſed legerunt inſtrumentū quantū
ad plenā probationē:ſed dūtaxat ad ſemi-
plenā.vt j.de fi.inſtru.l.ſicut.cū ibi not. niſi
ſint teſtes literati, & intelligētes defectum
inſtrumenti:puta notarij, vel iuris periti:vt
in c.cū olim.extrà de priuile. Tene menti.
& vide Bartol.in dicta l.ij. §. j. circa fin. de
iure fiſci.& quod no.Inno.in c.intimauit de teſtibus.

a ¶ An inſtrumentum ꝓdeſt ei. Adde Bald. in auth.rogati. C. de teſt. Ange.in l.ſi.ff. ꝓ derelicto.Io. de imo. in cle.j.de iureiuran.

b ¶ Tenor ſcripturæ. Adde.c.cum adeo.de reſcri. cū ſuper quæſtionū.in §. intentionis.de of.dele.c. porrò.& c. ſeq. de priui. car.zaba.in c.cum olim.in ij.not. de arbi.

*1 Inſtrumentum non prodeſt ei qui notarium non rogauit.*
*3 Inſtrumentum non prodeſt ei qui non eſt nominatus in inſtrumento, niſi ille ſucceſſerit nominato.*
*Si Titius depoſuit rem ſuā apud te,cum pacto quòd eam reſtituas ei qui tibi portauerit literas ſuas,& dat mihi literas,& etiam inſtrumentum,ut à te repetam, & tu non uis mihi reſtituere,an ex illo inſtrumento poſſim à te petere?*
*4 Tenor ſcripturæ eſt ille quem oculus comprehendit per interpretationem eius.*
*Mulier ſi dedit dotem marito,& nō fuerit ſtipulata eam ſibi reddi ſol.mat.tamen ſubintelligitur tacita ſtipulatio.*
*In inſtrumento cenſetur comprehendi etiam illud quod à iure tacito diſponitur, licet ad oculum non comprehendatur.*
*5 Non admittitur quis ad probandum id quod probatum non releuat,ſed hodie in palatijs admittuntur articuli ſaluo iure impertinentium.*

## LEX XXI.

1 AD probationē dominij.† Ad pro-
bationem
dominij non ſufficit agenti producere inſtrumentum
in quo alius ſuo nomine emit, & probare ꝙ emit de
pecunia ipſius agentis.h.d.primò.ideo nō prodeſt ꝓductio,quia
ipſe agens in illo inſtrumēto nō eſt nominatus, ſed dūtaxat em-
ptor.& ꝓpter hoc procurator & aduocati obijciunt ꝙ nō ꝓdeſt
agenti:quia de ipſo non loquitur nec cantat inſtrumentū, ſed de
alio.Secundū ideo nō ꝓdeſt:quia non ſequitur res eſt empta de
mea pecunia:ergo eſt mea.ſ.de rei vend.l.ſi ex ea.Et pone ꝙ Ti-
tius aliquā rem emit de pecunia mea:& poſtea deponit penes te
eā,ego ſubtraxi inſtrumentū tibi,& ago rei vendi. & ꝓduco in-
ſtrumentū,& probo ꝙ Titius emit de pecunia mea. Imperator
dicit ꝙ probare debeo dominiū per aliū modū:quia neutrū iſto-
2 rum mihi prodeſt:ſed nec ambo ſimul. † Not. ar.ex prima parte
a ꝙ inſtrumentū nō prodeſt ei [a] qui notariū nō rogauit: an hoc ſit
verū ſimpliciter.vide in Spec.de inſtru.edi.§. poſtquàm ver. &
3 breuiter.& per Inno.in c.j.de fi.inſtru.† Itē ꝙ inſtrumentum non
prodeſt ei qui nō eſt nominatus in eo.hoc verū.niſi ille ſucceſſe-
rit nominato: nā ſi Titius emit à Sirinio qui poſſederat per pri-
mum:ego emi à Titio,ſi ꝓduco inſtrumentū ꝙ Titius emit vnà
cū inſtrumēto quod ego emi ab eo,bene ꝓdeſt mihi primū:quia
per primū ꝓbo dñiū titij,& per ſecundā tranſlationē illius dñij
in me,licet in primo nō ſim nominatus. Sed pone Titius depo-
ſuit rem ſuā apud te,cū pacto ꝙ eā reſtituas ei qui tibi portaue-
rit literas ſuas,& dat mihi literas,& etiā inſtrumentū vt à te repe
tam:tu nō vis mihi reſtituere,an ex illo inſtrumento poſsim à te
petere? Cy.videť tenere ꝙ non:quia nō cōprehēdor ſpecificè in
illo inſtrumēto:& quia nō potuit mihi ille acquirere act. vt in l.
ſtipulatio iſta.§.alteri.de ver.obl.prima ratio nō placet:quia licet
nō cōprehendar ſpecificè:tñ cōprehendor implicite. ꝙ tantūdē
valet arg.ff.ſi ex noxali cauſa agať.l.ſi. Nec obſt. ſecunda ratio,
quia deponēs ex pacto appoſito ſuper re ſua quæ durabat ſua,
potuit mihi actionē acquirere:vt in l.publia.in princ. ff. depo.&
ſic videtur ꝙ agere poſsim:ſed an tenear reſtituere deponēti, in-
ſpicitur an voluerit mihi donare vel non:quia ſi emit aſcendens
meus:putà pater,vel mater,& res nō erat magni pretij, pręſumiť
voluiſſe donare:& ſic nō teneor reſtituere:vt d.l.Publia. iunctis
his quæ no.in l.ſi filij.j.de dona.inter vi.& vxo.& qđ no.Bar.in
l.quæ dotis.ſo.ma.ff.ſed ſi nō erat aſcendēs,videť mihi acquiſita
actio tanquā ꝓcuratori ſuo:& ſic teneor reſtituere.ar.in l. Iulia-
4 nus.§.j.ff.de ver.obl.† No.etiā ſecundū Bal.ꝙ tenor ſcripturę [b]
b eſt ille quē oculus cōprehēdit per inſpectionē eius.Pone ergo di
cit ſtatutū ꝙ inſtrumēta mittanť executioni, quod debet intelli-
gi.ſ.ſecundū tenorē ipſius inſtrumēti,ſeu ſuꝑ eo quod continet.

a ¶Quod ſic. Adde quod hãc.q.in termi nis ponit Bart. in l.j. ff. de his quæ in teſt. delẽ.& ibi latẽ per d. Ale. & quod habeat executionẽ.ponit idẽ Ale.in.l.Iuriſgentiũ. §.quod ferẽ. col.ij.ff. de pac. per eundẽ remiſſiuẽ. in.l.j.ff.ſolu. mat. de quo etiã per Ang.are.& Mod.in-ſti.de act. Fran.Cur.

b ¶Dubia probatio. Adde cardi.zab.in c. quod ſuper his.in vl. col de fi.inſtr.

c ¶Vel per iuramẽtũ. Adde in.l. præſenti. C.de his q ad eccl.cõ fu.car.in c.preſentiũ. in j.not.de teſti. Ant. de bu.in.c.veſtra. de coha.cle.& mu.

d ¶Negatiuæ ſcripturę. An negatiua poſſit ꝓbari per ſcripturam.vide Ang.in.l.ſi qs diuturno. in.ij.co. ff.ſi ſerui.vendi.

Pone ergo quod mulier dedit dotẽ marito, & nõ continet̃ in inſtrumẽto ꝙ fuerit ſtipulata ſibi reſtitui:vel ꝙ maritus ꝓmiſerit ſol. ma.petitur executio inſtrumenti:an debeat fieri? qa tenor inſtrumẽti viſibilis nõ cõprehendit reſtitutionẽ fiendã:licet tenor inuiſibilis & à iuris diſpoſitione bene cõprehendat,ſubintelligit̃ tacita ſtipulatio dicit Bal.
a fuiſſe conſultũ à quodã iudice ꝙ ſic:' qa in inſtrumẽto cẽſetur cõprehẽdi etiã illud qđ à iure tacitè diſponit̃:licet ad oculũ nõ comprehendat̃:vt.l.j.de rei vxo.act.& dicit fuiſſe primũ cõſiliũ qđ vnquã dederit poſt doctoratũ ſuũ. Tene mẽti:qa frequẽter talis ca
5 ſus & ſimiles poſſunt accidere. †Ex vltimo dicto no. ꝙ nõ admittit̃ qs ad probandũ id quod ꝓbatũ nõ releuat:& ꝙ Iudex nõ debet pati vt fiant ſuperfluæ ꝓbationes,& nihil releuãtes.facit.l.ꝓxi. ſed hodie in practica palatiorũ admittũt̃ articuli ſaluo iure impertinẽtiũ. & nõ diſputat̃ de hoc niſi in calculo ferẽdæ ſentẽtiæ:vt lites abbreuientur.

*1 Dubia probatio, non releuat probantem.*
*2 Ad probandum quem eſſe hominem meum, nõ ſufficit mihi probare quòd ſeruiuit mihi per x. annos, niſi probem quod tanquã homo meus, & qui ſint homines mei. Quid in ſeruitute rerum.*

## LEX XXII.

1 AD probationẽ ſeruitutis. †Idem dicit iſta lex ꝙ.s. dixi.ſ.ꝙ articulus ſi nõ adminiculat̃ ad cãm, nõ eſt admittẽdus.h.d.Bart.ad hoc vide quod no.per gl.& ipſum in l.ſi duo. §.Idẽ Iulianus.in fi.ff.de iureiu.vel ſic.Ad probandũ quẽ eſſe ſeruũ meũ qui eſt in poſ.libertatis,non ſufficit mihi ꝓbare ꝙ mater ſua, vel fratres ſui fecerũt mihi ſeruilia ſeruitia, vel obſequia. qa iſta poſſunt ſimul ſtare ꝙ illi fuerunt ſerui mei:& tamẽ ille cõtra quẽ ago:nõ eſt ſeruus meus:puta ſi fuit natus poſt manumiſſionẽ matris.vt.s.e.l.matrẽ tuã.& præſumptio eſt ꝓ eo, poſtquã eſt ĩ poſ.libertatis. hoc verũ ſi apparet ꝙ mater fuit manumiſſa:quo caſu incũbit mihi onus ꝓbandi,poſtquã ille eſt in poſſ.libertatis, qa fuit natus ante manumiſſionẽ: ſed ſi eſſet in poſ.ſeruitutis,& ageret cõtra me,onus probãdi incũberet ſibi ꝙ fuerit natus poſt, vt ibi. ſed ſi mater ſua fuit & eſt hodie ſerua:& nõ apparet ꝙ fuerit libera,ſatis eſſet fundata intẽtio mea:qa partus ſequit̃ vẽtrem in hoc. vel dic ꝙ licet probẽ matrẽ vel fratres ſuos feciſſe vel facere hodie mihi ſeruilia obſeqa, nõ ꝑ hoc ꝓbo ipſam matrẽ eſſe meã ſeruã. nã & liberi hoĩes tanquã famuli cõſueuerũt ea facere.vñ cũ ſint actus indifferẽtes cõuenientes ſeruis & liberis,nõ ꝓ-
2 bãt intentionẽ meã circa ſeruitutẽ:†qa dubia ꝓbatio nõ releuat
b probãtẽ.vt in c.in pñtia.extra de ꝓb.oportet ergo ꝙ alio mõ ꝓbẽ ipſam eſſe ſeruã meã:vel per inſtrm̃ emptionis ipſius tanquã de ſerua:vel qa ipſam tenui & teneo de pñti tanquã ſeruã. ſint ergo cauti qui emũt ſclauas,vt bene cuſtodiãt inſtrm̃ emptionis:qa ſi ꝑderent,illa ſclaua poſſet dicere ſe liberã:& ſeruiuiſſe tanquã fa-
3 mula.niſi aliud appareret.†Et ꝓpter hoc dicũt quidã ꝙ ad ꝓbandum quẽ eſſe hoiem meũ nõ ſufficit mihi ꝓbare ꝙ ſeruiuit mihi per.x.annos. niſi probẽ ꝙ tanquã homo meus. & q ſint homines mei.dic vt in Spec.de ferijs. Aliud dicũt eſſe in ſeruitute rerũ qa ſi vtor in re tua aliqua ſeruitute:puta aquæ ducendæ per decennium,acquiro ſeruitutem.l.ſi quis diuturno.ff.ſi ſer.ven. ſi ſeruitia non conſueuerunt fieri à re rei niſi iure ſeruitutis:ſed à perſona perſonæ conſueuerunt fieri etiam non iure ſeruitutis: & adde quod no.Cy.in.l.ſi certis annis.s.de pactis.

*1 Actor ſi fundat intentionẽ ſuã in negatiua, & ſic eam aſſeuerat, quòd tenetur eam probare, & qualiter probabit? non autem reus tenetur probare contrarium.*
*2 Negatiua an poſſit probari? & quotuplex ſit negatiua?*

## LEX XXIII.

1 ACtor quod. †Actori aſſerenti incũbit onus probãdi:reo verò negãti nõ incumbit:etiã ſi actor dicat ſe probare nõ poſſe.& propter hoc nõ conuenit in eum onus probãdi trãsferre.
2 qa negatiua ꝓbari non poteſt.h.d. †In tex.ibi.[quod aſſeuerat.] ſed quid ſi actor fundat intentionẽ ſuã in negatiua;& ſic aſſeuerat aliquid non fuiſſe,vel non eſſe? puta ꝓmiſiſti mihi centum ſi nauis ex Aſia non venerit hinc ad annum:ago cõtra te,dicens ꝙ nõ venit:& ſic partẽ aſſero,& partẽ nego. an mihi probãdi onus incũbat,an verò tibi aſſerẽti cõtra ꝙ venit? videt̃ ꝙ tibi.qa quod aſſeris poteſt probari: ſed quod ego aſſero nõ poſſum ꝓbare.qa aſſerẽdo ago.cõtrarium eſt verum ꝙ poſtquã ago.quia mihi,nõ tibi incũbit probare quod dico.& no.per Inn.in.c.inquiſitionis. & in.c.ſuper his.de accu.& per Bar.in l.hoc iure.ff.de ver.ob.& qualiter potero ꝓbare? dic vt per eũ in.l.cũ quidã.in fin.cũ.l.ſeq. ff.de leg.ij.In tex.ibi. [probare ſe nõ poſſe profitẽdo.] vr.de dubitabat propter hanc impoſſibilitatem: & quia dignior erat perſona actoris quàm rei:* & ſic potius debere credi aſſertioni ſuæ quã negationi rei. * ſed contrariũ eſt verius.qa in adminiſtrãdo iuſtitiã nõ eſt fiẽda diſcretio perſonarũ.ſed ita magnũ iudicabit vt
3 paruũ. †In fi.tex.ibi. [probatio nulla ſit.] Super iſto articulo an negatiua poſſit ꝓbari. gl.tractat in.l.ij.ff.e. ponẽdo plures caſus. & Spe.pleniſſimè & pulchrè extra eo.ti.§.j. vel.ij.vbi diſtinguit triplicem negatiuã.ſ.facti,iuris,& qualitatis. Et primã ſubdiſtinguit in alias tres. quia quædã eſt negatiua facti ſimplicis,& non determinati:quędã facti determinati:certo loco vel tẽpore,quædam facti prægnantis quod habet in ſe implicitã affirmatiuam. vt ſi negat quis ſe ſponte renuntiaſſe,vel cõtraxiſſe. nam implicitè aſſerit ſe fuiſſe roboratũ: & iſtas omnes ſpecies proſequitur vt ibi.& adde ꝙ negatiua determinata loco vel tempore, poteſt probari tam per indirectũ,quàm etiã directò.vt ſi dico te promiſiſſe mihi centũ tali die in hac ciuitate, tu negas,& probas te alibi illa die fuiſſe.Item directò.vt ſi dicam te fuiſſe condemnatum ad rem,tu negas,& probas per teſtes qui fuerunt præſentes tempore cõdemnationis factæ à iudice,& tali die, & bene recordantur ꝙ nõ fuiſti cõdemnatus ad rem,ſed ad quantitatẽ. vt per Cy. & gl.no.in.l.ij.s.de erro. aduo. Itẽ negatiua facti ſimplicis & non determinati licet nõ poſſit probari per teſtes: poteſt probari per
c confeſſionem.vel per iuramentũ:' & ideo admittitur poſitio negatiua:licet per teſtes ſit improbabilis,vt extorqueatur cõfeſſio
d vt in.c.j.de confeſ.lib.vj. Item negatiuæ ſcripturæ probitur ex inſpectione ſcripturæ negatiuæ,vt ſi dicatur quem non eſſe libratum:vel deſcriptum in matricula.vt.s.de reb.credi.l.ſi.j.gloſ. ff. de lega.j. l. Titiæ textores. & ibi per Bartol. & vide omnino quod not.in ſolu.quæſtionis poſitæ ſuper regula ſine poſſeſſione.in mercu. circa fi.& vide hic per Cy. qui multa verba effundit.& etiam in Spe.loco.s.alleg.

*1 Scriptura, qualiter dicatur ſuſpecta?*
*2 Si unus teſtis ſcriptus in teſtamento contradicit. ſ. quòd nunquam interfuit teſtamento an debebũt examinari omnes alij ad tollẽdũ ſuſpitionẽ quæ reſultat ex cõtradictione unius? & an debeant deponere quod ille qui contradixit, fuit præſens.*

## LEX XXIIII.

1 IVbemus. †Qui producit ſcripturã ſuſpectã, niſi probet eam veram,punitur iudicis officio tanquã falſarius. h.d. ſecundũ vnã lect. ſecundum aliã.h.d. Qui accuſat inſtrumẽtũ de falſo,& nõ ꝓbat, punit̃ tanquã falſarius.h.d. Et not.qa in primo caſu punitio fiat officio iudicis corã quo fuit ꝓducta ſcriptura ſuſpecta,nõ punit̃ pœna ordinaria criminis falſi:ſed extraordinariè motu iudicis; ſicut ille q ꝓducit teſtes falſos,vel ipſi teſtes auctoritate iudicis offendẽtes.vt in ti.j.l.nullũ. In ſecundo caſu qñ accuſatur criminaliter producentẽ ſcripturã tanquã falſariũ, ſi nõ probat,
2 punitur pœna ordinaria talionis. † Quæro circa primam lecturam.qualiter ſcriptura dicatur ſuſpecta? gloſ.ponit duos modos. ſ.quãdo ex forma ſui raſa eſt in loco ſuſpecto.vt not.in l.ſi vnus j.de teſta,& in.l.edicto.de edi.diui.adria.tol.ſupple vel quia non continet conſuetam formam, vel ſolennitatem. vt.l.iubemus in fi.j.de teſta. Itẽ ſecundũ gl.redditur ſuſpecta ex perſona cõficientis eã.vt ſi cõſueuit facere falſa inſtrumẽta.ad quod vide Spec.de inſtr.edi.§.poſtremò.aliàs eſt.§.inſtrumentũ.ver.Itẽ opp.q cõſilio.ad qđ.l.ſi qs ex argẽtarijs.§.j.ff.de eden.& j.de ſuſceptoribus & archarijs.l.ſi aliqd.lib.x. Adde aliũ caſum. vt ſi nõ concordat cũ ꝓtocollo.vt in aut.de tabellio.§.fi.vel ſi ꝓducit̃ reſcriptum ſubitũ impetrari vt.s.de paganis.iij. adde quod dicit Inno.ꝙ ſi ſuſpitio oritur aliũde quàm ex inſpectione ſcripturæ, Iudex ſtabit ſcripturę authẽticę vel publicę quouſqꝫ probet̃ cõtrariũ.vt ipſe met no.in c.j.de fide inſtr.& Spec.e.tit.§.ij ver.& no. ꝙ tabellio qñ aũt ex inſpectione ſcripturæ,obſtabit ei niſi ꝓbet̃ veritas per pꝛaꝛ.

purae. pōt aſſt probari per teſtes in eo deſcriptos ꝙ ita eſt prout
7 in ſcriptura cōtineẽ. † Sed pone ꝙ ibi in teſtamẽto continenẽ te-
ſtes, quorũ vnus cōtradicit ꝙ nũquã interfuit teſtamẽto de quo
in inſtrumẽto: an debebũt examinari oẽs alij ad tollendũ ſuſpi-
tionẽ quae reſultat ex cōtradictione vnius? vt l. j. quẽadmo. teſta.
ape. Rñdeo nō: ſed ſufficiũt duo: qui praeualent vni. & ſi dicatur
ad probationẽ teſtamẽti nō ſufficiunt duo teſtes. Rñdetur ꝙ iſti
examinanẽ ad probationẽ teſtamenti: quia illud probaẽ per in-
ſtrumentũ publicũ, cui ſtatur. vt s. e. l. cũ precibus. & examinanẽ
ad denotandũ ſuſpitionẽ reſultantẽ ex cōtradictione vnius. qđ
facilius eſt. Sed an debebunt deponere ꝙ ille qui cōtradixit fuit
praeſens, licet ipſe neget? Rñdeo ꝙ nō: quia ille vnus negãs non
reprobat inſtrumentũ: licet vacillare faciat. vñ ſufficit ꝙ duo aſſe
rãt ſe interfuiſſe vnà cũ alijs: licet nō recordenẽ de quibus: & ꝙ
ita ſtaẽ ꝑut ibi cōtineẽ. & ſufficiũt duo cũ authoritate notarij: &
ſi duo cōtradicerent, reprobarẽt inſtrumentũ. & requirerenẽ tres
qui teſtificenẽ pro inſtrumẽto, ꝙ illi duo fuerũt praeſentes quid
ipſi dicãt. iſta colligunẽ ex no. per Inn. & Io. and. in nouella. in c.
cum Ioan. de fi. inſtr. & adde eo. tit. in Spec. §. reſtat. circa prin.

*1 ¶ Qualiter conſanguinei in cauſa ciuili poſſunt deponere pro conſanguineo: licet non ſint omni exceptione maiores, & non in cauſa criminali?*
*2 In cauſa ciuili in defectum probationis, & ad ſupplementum daretur iuramentum, ſed non in cauſa criminali.*
*3 In ciuili poſſet probari intentio agentis per praeſumptionẽ iuris, ſed in criminali non.*
*4 In criminali ſi accuſatur notarius de falſo, an ſufficiat probare quòd alia inſtrumenta falſa fabricauit?*
*De qua cauſa criminali loquatur iſte tex?*
*5 Maleficium, an poſſit probari per inſtrumentum?*
*Indicia indubitata quae dicantur? & nu. 6.*
*Si repertus ſit aliquis occiſus in domo ſua, & nō reperiatur aliquis teſtis qui viderit ipſum occidi, ſed reperiantur teſtes qui viderunt illum exire de illa domo cum gladio euaginato, & ſanguinolento, & qui erat inimicus illius interfecti: an hoc ſufficiat ad condemnandum?*
*6 Quòd vnus teſtis de viſu etiam cum multis alijs indicijs & cum iuramento, non faceret plenam fidem ſine confeſſione inquiſiti ſaltem extorta per tormenta.*

LEX XXV.

1 SCiant. † In cauſa criminali requirũtur probatio-
nes pleniores quã in cauſa ciuili: ad hoc
ſemper allegaẽ, ſed in quo: nã ſicut hic dicit teſtes de-
bent eſſe idonei in cã criminali: ita & in cauſa ciuili. vt
l. idonei. ff. de teſti. Rñdeo in ciuili licet requiratur ꝙ ſint idonei:
puta quia non ſint infames, vel habeãt ſimiles defectus: non tñ
a requirit ꝙ ſint omni exceptiōe maiores.[a] † nã & conſanguinei
2 poſſent[b] pro cōſanguineo tñ nō ſunt omni exceptione maiores:
b quia eſt ſuſpitio ꝓpter cōſanguinitatẽ: ſed iſta ſuſpicio pōt tolli
ſi aliquae cōiecturae adſint pro teſtibus: ſed in cã criminali ꝑ ac-
cuſatore, nō admitterẽ conſanguineus pro cōſanguineo: vt fra-
3 ter pro fratre: qa debẽt eſſe omni exceptione maiores. † Itẽ in cã
ciuili in defectũ probationis & ad ſupplementũ daretur iuramẽ
tum: vt in l. in bonae fidei. ff. de rebus cre. non ſic in cã criminali.
Itẽ in ciuili poſſet probari intentio agentis per praeſumptionem
iuris. vt s. eo. l. ſiue poſſidetis. in criminali non. pone exemplũ. s.
l. proxi. ſi producit inſtrumentũ cōfectum à notario, qui cōſue-
uit facere falſa inſtrumenta, non probat in ciuili: ſed repellitur,
4 niſi fides ei apponatur per teſtes. † Sed in criminali ſi accuſatur
notarius de falſo inſtrumento, an ſufficiat probare quòd alia in-
ſtrumenta falſa fabricauit? & de illis fuit condemnatus: vt con-
demneẽ de iſto? certè non. niſi probetur falſitas iſtius inſtrumen-
ti. poſſibile eſt ꝙ alia fuerunt falſa: & tñ iſtud nō eſt falſum, quã-
tum ad hoc vt de iſto condẽnetur poena ordinaria, & tñ eſt ſuſ-
pectũ, & repelliẽ in ciuili tanquã falſum & per hoc vt habetur
in c. afferte. de praeſum. vbi Salomon dedit ſentẽtiã pro vna mu-
liere contra alterã, quae ſubtraxerat filiũ illius ex praeſumptione:
quia voluit filiũ diuidi per mediũ, quod altera nolebat: & tñ nō
condẽnauit alterã de filio ſubtracto: quia in hoc maior require-
batur probatio ſecundũ Alb. Quaero de qua cauſa criminali lo-
quatur iſta litera? Rñdeo de illa in qua venit imponenda poena
corporalis: & ſic agitur de maiori periculo, ſed vbi agitur de poe
5 na pecuniaria, nō tanta requiritur exactio. † Itẽ quaero, an per in-
c ſtrumentũ[c] poſſit probari maleficiũ? videtur ꝙ ſic per iſtũ text.
dum dicit [documentis.] de hoc tractant Cy. & Bar. in l. ſena-
tus. ff. ad turpil. dic vt ibi. Item quaero, quae dicãtur indicia indu-
d bitata[d]? Reſpondeo illa quae arctant mentẽ iudicis ꝙ omnino
credit, nec poſſit in contrariũ inclinari. pu-
ta repertus eſt aliquis occiſus in domo ſua,
non reperiẽ aliquis teſtis qui viderit ipſum
occidi: ſed bene reperiũtur teſtes qui vide-
runt quendam exire de illa domo cum gla
dio euaginato, & ſanguinolẽto: & qui erat
inimicus illius interfecti: nã hoc indiciũ di-
citur indubitatũ. & ſufficit ad condẽnandũ
illũ poena mortis. & idẽ in ſimilibus. & ita
diſputando tenuit quidã antiquus doc. Bo-
vocatus de piperata. vt habeẽ in addi. Spe.
ti. de proba. §. videndũ reſtat. & per Bart. in
l. ij. vel iij. ff. de furtis. Gãdinus in ſuo opere
maleficiorũ ſub rub. de praeſumptionibus
quae ſufficiũt ad condẽnandum. dicit cum
eſſet Bononiae, & caſus ſimilis accideret.
omnes doc. Bononieñ. concordauerunt ꝙ
non ſufficiat ad condẽnationem poenae ca-
pitalis: ſed ſi eſſet tale maleficiũ de quo ve-
niret imponẽda poena pecuniaria, bene ſuf
ficeret: & ita dicit ſe vidiſſe practicari vbi-
que. Et per dictũ ſuum ſemel defendi quẽ-
dam à poena capitis: cum quidam in agro
fuiſſet interfectus, & nullus vidiſſet eũ in-
terfici, ſed bene viderũt exire de agro quẽ-
dam filiũ titij cũ gladio euaginato: & pro-
babaẽ ꝙ Titius erat inimicus illius interfe-
cti, & ꝙ dixerat filijs ꝙ non redirent ad do
mum quin ſentiret nouũ, & ille iuit ad do-
mum patris, & pater ſibi dixit ꝙ fugeret:
nam oĩa iſta ſecundũ Gandinum non ſuf-
ficiunt, poſtquã nullus teſtis reperitur, qui
deponat de veritate ꝙ viderit eũ percuti.
nam doct. hic dicunt ꝙ teſtes debuerũt de-
ponere de veritate, & ꝙ fuerũt praeſentes,
& ſic de viſu corporeo, nō de eo quod per-
ceperunt iudicio intellectus. Tene menti.
quoniam ad multos caſus poſſunt iſta ad-
6 aptari. † & vide quod no. Bald. in l. quas a-
ctiones. de ſac. ſan. eccl. qui dicit ꝙ vnus te-
ſtis de viſu etiam cum multis alijs indicijs,
e & cum iuramento, nō faceret plenã fidem
ſine confeſſione inquiſiti, ſaltẽ extorta per
tormenta: etiam ſi nō in ea perſeuerauerit:
quia ſi perſeueraſſet, illa ſola ſufficeret. & hoc perpetuò tene mẽ-
ti: quia non prodeſt inquiſitio vel accuſato reuocare confeſſionẽ
factam in tormentis, ſi vellet in ea perſeuerare, qñ inſtaret vnus
teſtis deponens de veritate: & per nullũ aliũ modũ poteſt ſupple
ri probatio vnius teſtis quã per confeſſionẽ factã in tormẽtis: &
ſi nullo modo confiterẽ & ſi mille eſſent indicia nō poſſet con-
dẽnari poena corporali ſecundũ eũ. Quae ergo ſunt iſta indicia
indubitata, quae ſufficiũt ad condẽnationẽ? vt hic patet. Rñdeo
ꝙ lex praeſumit, & ſtatuit. vt in caſu l. ſi qui adulterij. & authẽ. ſi
quis ei quẽ. j. de adul. Itẽ id qđ s. dixi ſecundũ Bal. & Nic. ma. ſ.
vnus teſtis de viſu, & cōfeſſio extorta in tormentis ſine perſeue
ratione. nã non faciunt plenã & directã probationem, ſed vehe-
menter adminiculantur. vt dicit tex. in fi. de ſucceſ. ab inteſt.

a ¶ Omni exceptione maiores. Qui dicanẽ teſtes omni exceptione maiores. vide glo. in c. j. de conſang. & affi. glo. inſti. de inu. ſtipu. Car. in c. mulieri. de iureiu. Alex. de imo. cōſ. xviij. incip. Viſo ꝓceſſu cãae ver tẽtis inter Ant. quõ-dã Io. betini in j. volu. & adde tu eundẽ Ale. conſi. lxx. col. v. in prin. in ij. volu.

b ¶ Et cōſanguinei poſſent deponere. Adde Bal. in l. lex cornelia. ff. de iniu. Car. Zab. in c. cũ oporteat. in ij. opp. de ac. & Spec. in ti. de teſte. in §. j. ver. ſed nũquid. Albe. ma late. in trac. de teſte. & Alexan. de imo. in conſi. v. colũ. iij. & in conſi. xiij. col. pe. in j. vo. per doc. maximẽ Fel. in c. literis. de teſti. & in c. cum oporteat. col. iij. de accuſ. Fran. Cur.

c ¶ An per inſtrumentum. Adde Bald. in c. cum in eccleſijs. in ij. not. de ma. & obe.

d ¶ Quae dicanẽ indicia indubitata. Quae dicantur indicia ſufficientia. vide per Bar. in l. fin. de quaeſti. & quae dicantur indicia probabilia ad ꝓbandũ dolũ. vide per Io. an. in c. nihil. de elect. Spec. in tit. de proba. in §. vi. verſ. xiij. doc. in l. dolũ. C. de dolo. & quae dicantur indicia leuia, & quae grauia. vide per Bart. in l. ij. ff. de execu. tut.

e ¶ Ingenuitas pōt probari. Adde c. ſi teſtes. §. teſtium. & ibi doc. iiij. q. iij.

*De teſtibus. Rubrica.*

*1 ¶ Actore non probante poteſt reus ſponte probare, ut abſoluatur diffinitiuè.*
*3 Quot teſtes ſufficiant ad probationem ſine inſtrumentis?*

LEX I.

1 SI tibi. † Ingenuitas pōt probari[e] non ſolũ per
e teſtes, ſed etiã per inſtrumẽta, & alia ar-
gumenta ſeu praeſumptiones. h. d. ſecundũ gl. quę
legiẽ duobus modis. Primo vt loquaẽ in reo, ꝓ-
pter duo verba quae ſunt in tex. dum dicit: [ſi tibi
cōtrouerſia ingenuitatis fiat: quia propriè loquẽdo cōtrouerſia
dicitur fieri reo, non actori. Item propter verbum [defende:] qa
defenſio pertinet ad reum. Alio modo ꝙ loquatur in actore. &
no. eodem modo quòd reſiſtendo fit altera controuerſia. de hoc
in l. non ſolum. §. ſi ſtatus controuerſiam. ff. de procu. Item quòd